

constituisset, Maronem, studio, ut arbitror, eius electus, in omnibus principem fecit, Ciceronem in solo uno pollere, non excellere, fassus est, etsi alia alibi usus distinctione singulis generibus singulos prefecerit ^(a) auctores.

la verità è che Cicerone supera tutti in eloquenza, proscrittori e poeti.

Si badi più ai pensieri che alle parole,

schivando la forma reboante e vuota,

E le parole siano né ricercate né plesse, ma decorose, dignitose,

e ben concertate.

Lo stile sia né incerto né arruffato, ma piano e scorrevole;

non affettato, ma naturale,

ché i troppi fronti lo guastano.

La parola ci fu data per intenderci; perciò sia chiara, ma non prolissa e slavata.

michi vero, ut et iudicium meum audias, videtur, Ciceronem omnibus et oratoribus et poetis eloquentia 5 prestare. illud omnino curandum est, ut sententiis magis polleat oratio quam verbis, ne similes illis videamur qui flores sectantur, fructus negligunt. in quo genere magna pars errant ^(b), qui, si modo lubricis aut magno boatu resonantibus verbis dictionem suam referserint ^(c), abunde se munus oratorium arbitrentur ^(d) prestitisse. 10

habenda sunt autem vocabula non obscura aut insueta, nec vero passim ^(e) vulgata aut puerilia, sed que apud claros auctores cognita celebrataque sunt, ita quidem ut et personarum semper et rerum, de quibus sumus dicturi, modus dignitasque spectetur; ea vero inter se ita cohoreant ut non casu coniecta sed ex arte commissa 15 videantur.

sit sermo non scaber ^(f) aut horridus ^(g), non preruptus, non preceps, sed lenis et planus, apricique in morem rivi continuo mollique cursu defluens, et, ut prope ^(h) dixerim, sponte veniens, non vi pertractus. sit cultus quidem, sed non supra quam deceat elaboratus, verum ita ex arte genitus ut plus a natura mutuatus 20 videatur quam ab arte. plerique enim, dum singula curant supra modum excolere, dumque nimios fucos adhibent, universa deturpant. dilucida sit oratio et auditoribus ⁽ⁱ⁾ pervia. quid enim potest esse dementius quam, cum ideo sermo et datus et receptus sit ut invicem intelligamus, id scilicet curare dicendo, ne intelligi possimus ^(k)? 25 nam, qui dilucidam orationem verentur, id agunt ne se ipsi quidem intelligent. est huic contrarium genus eorum qui, dum se nunquam satis intellectos arbitrantur, inutiliter in eadem re perstant ^(l),

(a) *C* prefecit *G* prefert (b) *C* errat (c) *B* referserunt (d) *C* arbitrantur

(e) *G* parsim (f) *B* sermo se habet *ma in marg.* scaber (g) *G* arridus (h) *Codd.* proprie (i) *P* auctoribus (k) *B G* possumus (l) *G* prestant

« manae eloquentiae parentes, hanc gloriam ita partiti sunt, ut uterque suis finibus contentus, aliena non invadet » (*Rerum memorandarum*, lib. II, De Ingenio, M. T. Cicero, Ba-

sileae, 1581, p. 410); e ANN. SEN. *Controv.*, III, par. 8: « Ciceronem eloquentia sua in carminibus destituit; Virgilium illa felicitas ingenii [in] oratione soluta reliquit ».